N° invent. 254.

Acta iudicii terrestris Cracoviensis.

Terminorum particularium in Proszowice

lib. LX.

a. 1647.

ARCHIWUM NARODOWE W KRAKOWIE

Actum in Proszowice In Terminis Terrestribus Feria Secunda post Dominicam Reminiscere proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Septimo

18/3 1647

Terminorum Terrestrium Celebratio

Termini Terrestres Proszovienses in diem hodiernam ad iudicandum legitime inciderunt et devenerunt per Generosos Petrum de Zylicowice Zylikowski Iudicem Stanislaum de Brzezie Modlistowski Subiudicem Maximilianum Iardyna Notarium Terrestrem Generalis Terrae Cracoviensis Praesentibus Generosis et Nobilibus Hieronimo et Andrea à Cembiany Cembrzynskie Stanislao Zwolecki Ludovico et Andrea Przeclawskie Alexandro Otfinowski Stanislao Starski Petro de Krulowa Pieniązek Hieronimo et Ioanne Ezinskie Paulo Witkowski Ioanne Zawicki Christophoro Gyzomski Andrea Skrzecki Camerariis Terrestribus Cracoviensibus Andrea Rogowski Iacobo Dambski Felice Garyski Hieronimo de Raciborsko Morsztyn Stanislao Ligeski Notario Castrensi Cracoviensi Ioanne Malanowski Severino Bonar Gabriele Tagoborski Ioanne Ostrogorski Sigismundo Hoynacki Martino Kuczkowski Raphaele Chelpski Ioanne Dzilowski Ioanne Modliszowicz Ioanne Pikielowicz Nicolao Wlostowicz Stanislao Konnacki Ioanne Alphonso Brodowski Stanislao Gasiorowski Andrea Tarnoborski Sigismundo Rodarski Lisandro Przeclawski Ioachimo Rzewuski Stanislao Sulinski, Stanislao Rodanka, Nicolao Krasuski Andrea Trzebicki Martino Klobu…

Generosi Stanislai Dobrowski cum olim Generosa Christina de Armiany ejusdem Judicis Cracoviensis itidem sorore germana procreati filii Barbarae Generosi olim Stanislai Dobrowski cum Agatha Christina de Armiany procreati filiae virginis Annae de Miesczyska olim Generosi Georgii Miesciski cum olim Generosa Hedwigi de Armiany fratri Judicis Cracoviensis itidem sorore germana procreatae filiae Generosi vero Stanislai de Rysiny Lubonski consortis legitimae Germinati Generosi Judicis Cracoviensis similiter de sua linea descensi sororum sororinarum nepotum et neptarum successorumque legitimorum pro quorum rati habitione cavet ac se personaliter inscribit nomine Recedendae Terris Castrensibus Judiciis Judicatoribusque suis quibusvis propriis et competentibus de vigore sua Successoribus ac bonis suis sibi Judicatui Judicialiter Castrensi Terrestri Proszoviensi quo ad Actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere ac per expressum recognovit. Quia ipse in omnibus Causis et Actionibus suis et praedictorum Consuccessorum suorum Judicialibus cum quibuscunque personis vocis quarumvis bonorum et injuriarum certarum quovis Judicio et officio Regni Saltem et Salentis Nobiles Andream Rogowski, Albertum Gorzycki, Stanislaum Grzybowski, Petrum Adelski et Joannem Liszaki in suos et praefatorum Consuccessorum suorum veros legitimos indubitatosque Plenipotentes ac Mandatarios eligit facit constituit et ordinat Dantque dans et concedens praefatis Plenipotentibus suis et praedictorum Consuccessorum suorum tam omnibus conjunctim quam cuilibet illorum seorsim plenariam facultatem et absolutam potestatem causas res suas et praefatorum Consuccessorum suorum omnes Judiciarias coram quovis Judicio et officio Regni videlicet nomine suo et praefatorum Consuccessorum suorum attractas promovendi defendendi prosequendi contra quaevis suscipiendi a contrariis provocandi et alia omnia munia et officia veris Plenipotentibus de iure incumbentia peragendi et exercendi promittens ac inscribens se et praedictos Consuccessores suos id totum quidquid per eosdem Plenipotentes suos praedictorumque Consuccessorum suorum tam omnes conjunctim quam quemlibet illorum seorsim nomine suo et praedictorum Consuccessorum suorum in praemissis actum constitutumque fuerit pro rato et grato suscepturum habiturum ac si ipsemet cum praefatis Consuccessoribus suis praemissa praesens ageret, constitutione praesentis scripti patrocinii.

Oblata Privilegii renovati super nobilitatem Miklaszewskie serviens.

Ad Judicium Actaque praesentia Terrestria Proszoviensia personaliter veniens Generosus Stephanus Chyliński circa expeditionem causarum suarum in terminis praesentibus solitarum obtulit eidem Judicio praesenti Literas infrascriptas Sacrae Regiae Majestatis Renovatorias super Nobilitate infrascriptorum Miklaszewskie gratiose datas, sigillo Regni Maioris Cancellariae communitas, manuque propria Sacrae Regiae Majestatis subscriptas, omni suspicione nota carentes. Quas Literas easdem ex offerente suscipi et in Acta praesentia inscribi admitti suique affectationi Judicium praesens benigne annuendo easdem Literas Sacrae Regiae Majestatis ab eodem offerente suscepit et in Acta praesentia inscribi demandavit, quarum tenor infrascriptus talis.

Sigismundus Tertius Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniaeque nec non Suecorum Gothorum Vandalorumque Haereditarius Rex.

Significamus praesentibus Literis nostris quorum interest universis et singulis Quod

Cum nobis per certos Consiliarios nostros expositum esset defunctum olim Nobilem Stanisla-
um Miklaszewski propter ipsius servitia militaria quae in expeditionibus bellicis tam
tempore Serenissimi Regis Stephani Antecessoris nostri, quam etiam nostro strenue praestitit
per nos, cum consensu omnium Ordinum Regni in Comitiis Regni generalibus Nobilitatis
Titulo donatum et Equestri Ordini adscriptum esse, et super Privilegium quo eiusmodi
gratia nostra continebatur, cum Nobili Stetio publicis instrumentum et inscriptum
esset casu quodam fortuito amisisse, nec Liberis suis reliquisse, extare tamen
in recenti nonnullarum Illustrium Personarum memoria rem hancque non aliter
se habere praedictumque Stanislaum Miklaszewski pro Nobili ab omnibus ha-
bitum esse, prout quidem producte coram nobis fuerunt certae Literae authenticae
ex Actis Castren. Nowe Civitatis Korczyn desumptae quibus Generosus Joannes Firley
de Dabrowica Capitaneus Smidinensis, Filius olim Illustris Andreae Firley de eadem
Dabrowica Castellani Radomien. Capitanei Kowalien. bonorum Woyca et aliorum eo per-
tinen. Heres, ad requisitionem Pauli et Alberti Miklaszewskich, Filiorum praefati
olim Stanislai Miklaszewski recognovit et attestatus est sub illud tempus quo
Generosus olim Fridericus Bonar de Balice Magnus Procurator Arcis Cracovien.
Capitaneus Rabsztynen. vixit defunctum Stanislaum Miklaszewski a praefato Fride-
rico Bonar pro nobili scitum et vocatum ac Titulo Nobilitatis insignitum fuisse.
Supplicatumque itaque nobis esse ut praedictos Paulum et Albertum Miklaszewskie
certa eandem gratiam parenti illorum et ipsius Posteritati per nos concessam con-
servare, ac corroborare ac Titulo Nobilitatis condecorare benignissime dignaremur.
Nos Senatus Regni nostri et Nuntiorum Terrestrium in moderatis generalibus Co-
mitiis Regni congregatorum intercessione tum et fidelis Literis Testimonialibus
permoti et Supplicationi praefatorum Fratrum Germanorum Miklaszewskich
annuentes Literas seu Privilegium Nobilitatis Patri eorum concessum et casu fortuito amissum
Renovamus ipsosque ac eorum legitimos Successores Nobilitati Regni nostri accepta adiunctos
et aggregatos adiungimus aggregamus ac incorporamus atque pro Veris Nobilibus in Re-
gno Poloniae Dominiisque nobis subiectis censeri haberi reputari, et ad omnes Immunita-
tes Libertates Praerogativas Dignitates Honores Beneficia superiora et inferiora offi-
cia Ecclesiastica et Saecularia percipienda et obtinenda bonaque terrestria possidenda aptos
habiles idoneos esse ex gratia et authoritate nostra Regia volumus et iubemus ac ut Armis
ostria dictis quibus Pater ipsorum utebatur utantur permittimus. Attamen ut fideles Fratres
Germani Paulus et Albertus Miklaszewscy Iuramentum corporale coram officio Castren. Capi-
taneali Czechinen. super amissione Literarum Nobilitatis Patri ipsorum collatum praestent. Quod
quidem Universis et singulis Regni Dominiorumque nostrorum Hominibus Cuiuscunque Eque-
stris Ordinis Nobili genere natis tam publicas Functiones aut Magistratus gerenti-
bus, quam Privatis quibusvis Curiis Literis nostris denuntiamus et nostra Regia autho-
ritate mandamus, ut Fideles Nobiles Miklaszewskie cum ipsorum Haeredibus utriusque
sexus ab ipsis legitime descendentibus pro Veris Nobilibus habeant locumque illis tam in gene-
ralibus publicis maioribus quam etiam particularibus Conventibus Regni nostri concedant
ius sententiae et suffragii permittant, Armis supra positis et insignibus eos uti, Honores
item et dignitates officia tam Spiritualia quam Saecularia ad quae Regni nostri Nobi-
libus plerumque ac Atavis longa propagatione provectis patet aditus ipsos eorumque
Successores adire usque frui et gaudere libenter patiantur, ita ut Vere Virtutis eius
esse Amatores convincerent. Si quis vero illis aut Posteris ipsorum palam vel occulte
obtrectare aut de Nobilitate ac Sue Stemmate detrahere ausus fuerit, eum nos
Poenis Legibus Regni descriptis puniri volumus et easdem poenas contra tales obtre-
ctatores extendi debere statuimus. In cuius Rei fidem Praesentibus manu nostra sub-
scriptas

scriptas Sigillo Regni Communiri iussimus Datum Varsaviae in Conventione Regni Generali die XXIV Mensis Martij Anno Dni MDCXVIII Regnorum nostrorum Poloniae XXXI Sueciae vero XXV, Anno Praesentibus Reverendissimis Reverendis Illustribus Magnificis Generosis et Venerabilibus ac Nobilibus Laurentio Gembicki Gnesnensi Legato nato et Regni nostri Primate Andrea Prochnicki Leopoliensi Archiepiscopis, Martino Szyszkowski Cracovien Paulo Volucki Kiiavien Eustachio Wolowicz Vilnen Henrico Firlej de Dabrowica Plocen Andrea Lipski Luceorien ProCancellario Regni Andrea Szczinski Premislien Joanne Kuczborski Culmen Georgio Zamoyski Chelmen Adamo Nowodworski Camenecen Episcopis Nicolao Zebrzydowski Palatino ac Generali Cracovien Sniatynen et Capitaneo Joanne Ostrorog Posnanien et Zarnowien Zbigneo Ossolinski Sandomirien Stanislaovien Stanislao Bykowski Siradien Adamo Sandivogio a Czarnkow Lancicien Maioris Poloniae Generali Michaeli Dzialynski Brestien Cujavien Kiescowien Joanne Lostowski de Lostowice Juniuladislavien Sapien Varsen Joanne Danielowicz Russiae Nicolao Hlebowicz Smolenscen Petro Firlej de Dabrowica Lublinen Parcovien Thoma Zostynski de Lednice Masovice Varsavien Rachowicz Niemira Podlachiae Stanislao Radziowski Raven Sochacovien Ostafiano Tyszkiewicz Brestien Camenecen Nicolao Sapieha Minscen Palatinis et Capitaneis Nicolao Firlej de Dabrowica Kryniczen Lublinen Luca Nialtynski Gnesnen Martino Krasicki Leopolien Premislien Bolimovien Venceslao Kielczewski Lanciciens Stanislao Lasocki Klugosten Jacobo Lawronski Vielunen Adamo Kossolucki Wysogroden Zamen Castellanis et Capitaneis Nicolao Wolski de Podhaice Supremo Regni Marschalco Olsztynen Rabsztynen, Stanislao Zolkiewski de Zolkiew supremo Regni Cancellario Exercituum Generali Barn Camionacen Leone Sapieha M.D.L. Cancellario Mozyrien Hieronimo Wolowicz M.D.L. Vicecancellario Nicolao Danilowicz Thesaurario Regni Sambovien Czerwonogroden Andrea Dzialynski Marschalco Curiae Juniuladislavien Christophoro Radziwill Duce in Birze et Dubinki Exercituum Campi duci M.D.L. Jacobo Zadzik Secretario Maiori Regni Praeposito Cracovien Custode Varsavien Hieronimo Cielecki Referendario Regni Plocen ac S. Michaelis in Arce Cracovien Praeposito Joanne Zadzik Abbate Mogilnen Mathia Lubienski Praeposito Miechovien Stanislao Lubienski Praeposito Gnesnen Cracovien Andrea Gembicki Cantore Gnesnen Cracovien Canonicis et Secretariis nostris, Georgio a Zbaraz Incisore Regni Pinscen Sokalien Capitaneo Christophoro Wiesiolowski Kuratorum Terrestrium Marschalco Nicolao Comite a Tarnow Thoma Zamoyski Knyszynen Stanislao Bninski Gnewien Radoszycen Petro Opalinski Trembowlien Capitaneis Nuntiis Terrestribus et aliis quam pluribus ex omnibus Palatinatibus et districtibus ad modernam Comitia congregatis. Joannes Octavianus Wraclawowicz. Sigismundus Rex.

Solecki Praesentes constituit

Coram Judicio Actibus Castrensibus Terrestribus Pyssovienisibus per comparens Generosus Simon Andreas Solecki Recedendo a Terris Districtibus Juribus dominiis suis quibusvis propriis et competentibus se vero cum successoribus ac bonis suis eiusdem dicti Judicii Castrensis Terrestris Pyssovien quo ad Actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere ac per expressum recognovit. Quia ipse in omnibus Causis et Actionibus suis Judiciariis cum quibuscunque Personis ratione quorumvis rerum et injuriarum Coram quovis Judicio et officio Regni Castrensibus et Terrestribus Generosos et Nobiles Joannem Zawada Joannem Maszkowski Joannem Ordzitowicz Andream Bonicki Andream Rzegorski Petrum Zdebski Stanislaum Rodanka Simonem Karowski Joannem Chrostlicki in suos Veros legitimos indubitatosque Plenipotentes ac Mandatarios elegit facit constituit et ordinat praesentibus dans et concedens praefatis Plenipotentibus suis tam omnibus coniunctim quam cuilibet illorum seorsim plenariam facultatem et absolutam potestatem